SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Priores et deputati populi et Terre S.ti gemini

Chironee appollineeque artis doctori D. Francisco L. nroque eque atque filio dilectissimo sal.

Cum proximis diebus in nro generali cōcilio de te ipso cuius fidem, scientiam, atque experientiam pluries opt.e cū successu experti sumus, prorogando, aut alio idoneo medico in sequentem annum eligendo relata, ac demum hac provincia nobismet ipsis ab universo data cōcilio propterea id pensitantes nescientesque alterum e duobus opus eē nos facere oportere aut alterum quempiam medecinę peritum nō absque labore investigare aut te Appollineam artem probe callentem rogare sollicitare itaque ac opa data credentes a nullo melius maiorique affectione et charitate nra sanari, si quando acciderit, ob affligentibus morbis corporum, quam abs Te, ut pote qui medecinę canones ignores nulles Proinde stantes iam nūc in sequente annū uno omnium decreto authoritate nobis a generali cōcilio cōcessa in tue cōducte calce inchoandam et ut sequitur feliciter finiendam Te prefatum D. Franciscū cū solito salario mensibus solito a nro tibi questore persolvendo et cū honoribus et oneribus solitis et cōsuetis ac oī cū capitulis tibi notis eligimus ordinamus nominamus atque prorogamus in medicū nre cōitatis, deputamus ad quorum robur, has fieri fecimus per infrascriptum nrum Canc.um nroque solito sigillo communiri iussimus, orantes in super Te enixius ut cōtinuo hanc hilari qua vidimus fronte digneris electionem acceptare alias etc. datum in Palatio nre solite residentie die 28 Januarij M. D. xxxxvi.

Data fuit ult.o Jan. 1546

Placentinus canc.s man.to s.

Archivio Storico
Comune di San Gemini - TR
Reg. C. 37, c. 193r

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR